



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 1. Tres Isocrates. Cuius sit παραίνεσις ad Demonicum, indicatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

M. ANTONII MVRETI

AD HIPPOLYTVM ESTENSEM

S. R. E. CARDINALEM

AMPLISSIMVM ET

ILLVSTRISS.

VARIARVM LCTIONVM

LIBER PRIMVS.

Tres Isocrates. Cuius sit Haegivors ad Demonicum, indicatum.

CAP. L

LE G A N S in primis & cùm saluberrimis reserta præceptis, tum omnibus condita dicendi festinatibus oratio, quæ Parænæsis ad Demonicum inscribitur, non eius scriptoris est, cuius vulgo putatur, nam cùm ab Isocrate illo qui Socratis & Platonis æqualis fuit, cuiusq. domus officina eloquentiæ habita est, fluxisse, cuiusque ingenio elaborata esse credatur, id secus est: quodque etiam in aliis contigisse scimus: errorem hic obiecit hominibus nominum similitudo. tres enim facundi ac diserti fuere homines, quibus omnibus idem Isocratis nomen fuit. Vnus is, quem modò diximus: qui à Socrate commendatur in Phædro; quemque Cicero, dissentiente Bruto, tantoperè laudabat. alter, huius discipulus: cuius apud Suidam mentio est. neutrius autem horum est ea, de qua loquimur, oratio: sed tertij cuiusdam Isocratis, qui Ciceronis temporibus floruit. Id ita esse, didici ex Diorysio Halicarnasseo.

A 5 quin

Ant Maret.

Varia Lectione

L
25

qui in aureolo libello De Arte rhetorica , quendam ex ea citans locum, Isocratem ipsius auctorem, suum, & Echecratis, ad quem scribit, Iodalem vocat. eius verba sunt : Ισοκράτης μὲν ὁ σὸς ἐπαίρθητος, οὐ Εὔγενος, ἀπέρι ἄλλο π, φυσὶ γενναῖς περιστεναι τοῖς αὐθόνοις, ἐν τῷ παρανέσει τῷ περιπονίῳ, (ita enim legendum est, non, ut in vulgatis librīs, περιπονίῳ Ιππόνιον) οὐδὲ φιλοφρονησέαν, ὅπερ δέ τὸ προσφωνεῖν τῆς ἀπαντᾶντας, οὐ ἀντός φοι. Locus autem, quem indidicauit Dionysius, ita apud Isocratem legitur: Τῷ μὲν περπάγειν φιλοφρονήσθε, τῷ δὲ λόγῳ φιλοστήσθε. ἐστὶ δὲ φιλοφρονησέας μὲν τὸ προσφωνεῖν τῆς ἀπαντᾶντας, φιλοστήσεας δὲ τὸ τοῖς λόγοις ἀντοῖς οἰκεῖας επργχάνει. Harpocration tamen, qui sit ἐπεκτὸς ὅρη, exponens, Isocratem Apolloniaten eius, de quo agimus, libelli auctorem facit. at is veteris illius Isocratis auditor fuit: ut apud Suidam est. Hermogenes autem aperte eundem Isocratem huius Parænæcos, & ceterarum orationum, de quibus nulla dubitatio est, quin sint eius qui cum Socrate & Platone vixit. sed magis me ea, quæ suprà recitatū, verba Dionysij mouent.

Mithridatem cur Dionysum Tralliani honoris causa vocarent. Illustratus locus ex oratione pro Flacco. Eius quia Plutarchi συμποσία interpretatus est, notatus error.

CAPVT II.

M· TULLIUS in oratione pro L. Flacco cùm percenseret eas laudes quas Tralliani in Mithridatem, regem populo R. infestissimum, congelellarent, ita scribit: *Mithridatem deum, illum patrem, illum conseruatorem Asie, illum Dionysum, Bacchum, Liberum nominabant.* atque hoc Petrus Victorius admonuit

dictum